Quaestio medica Quodlibet. disput. agit.da In Schol. Medic. die Jovis 12.a Januar.

Eruditissimo viro D. Lazaro Thenot D. Medico,

Moderatore Prudentissimo.

An motus Pueri In Utero Certo tempore Contingit?

Perfectissima Operatrix natura proprii fati non ignara, ut speciem suam immortalitatem quam per materiam ex menstruis, et semine dependentem comparare nequibat, assequeretur: generationis instrumentis mirificas insevit titillationes viro et foeminae acutiores, cui semen non ita spirituosum turgeat uterusque; tamen humorem hoc vasis corporis exvehendum spumosum, crassum, compactum masculus foeminaeque; ut preditum ex testiculis ipsis authoribus in matricem ejaculatur, ad eundem finem quo sapientissima natura frustratur.

Cunctatur namque specierum conservator si vitio proprias stirpes aliqua vel qualitate pereat prolificum non est. Idem accidit ex mala instrumentorum conformatione, praesertim vero uteri à quo genitura vis ac spiritus in ipso semine contentus excitatur, qui nisi osculum nisi plane communicat, ita ut non specilli minorem admittatissimum admittat, nec foecundationis, nec etiam superfoetationis est capax, quibus adiumentum praebet non exiguum menstruorum suppressio, cui neque horror, neque febris, et cibi fastidium supervenerat.

Quoniam vero magna est partium tenuitas sibi non potest ut, ossa simul vis fratrix effingat ac primum producit tribus membranis cum vasis umbilicum offerat, per quem tum spiritus ad vitam, tum sanguis menstruus (qui si effluat dum foetus in utero gestatur dum imbecillimum esse necesse est) ad cavum fraedum foetus alimonia, et augmentum suppeditatur. deinde vero tamen; foetus (qui modo in dextris si mas, modo in sinistris si foemella) stupidum more vivit, nec cordis, nec cerebri functionibus indiget.

Principibus partibus vero donec constitutis si mulier sit mediocriter corpulenta et abortum (qui post 40 diem vix contingit) tertio aut secundo mense sine causa manifesta facit, ei ova vasorum lenta pituita plena sunt, nec prae pondere foetum continere possunt sed abrumpuntur: si autem gemellos qui ab uno et eodem coitu sunt creantur) ferat, et altera mamma attenuetur, alterius abortum facit, maris quidem si dextra, foeminae si sinistra, contra si duras fiant, dolor aut mammas, aut coxas aut oculos aut genua infestabit nec corripietur.

Hic ergo viribus propriis instructus, si mas 3o mense, si foemina 4o movetur, et à compressione illius sanguinis in mammas exprimitur unde lac, quod non in mola evenit, quae non ut ova subventanea sine maribus fit, progrediente tempore cum plus requirit alimenti, quod potest uterus suppeditare partim frigidi aëris egenus, partim suo pondere molestus membranas disrumpit, prodiitque capite in lucem editum non tamen certo tempore quod soli mulieri accidit, sed interdum 7o interdum 8o (qui numquam vitalis) interdum ad 10um mensem non ultra producitur. at novimestris partus ut frequentissimus, ita felicissimus praesertim si lacte materno alatur.

Motus Igitur pueri In Utero non Certo tempore Contingit.

Ponebat Henricus Viscot Rhemus. 1581

F... BIBLIOTHÈQUE

Dni Doctores Disputaturi.

M. Jacobus marant.
M. petrus de la mer.
M. Claudius Rebours.
M. Bartholomaeus Perdulcis.
M. Bonaventura Granger.
M. Joannes martin.
M. Phil. Alen
M. Ludovicus Cochin
M. nicolaus de Cormeilles.